



nam tria puncta que faciunt triangulum si inter se equaliter distat erit spes trianguli que dicitur equilatera seu isopletris Si vero duo equaliter distabunt a tercio quorum distantia inter se est minor vel maior distantia eorum ad tercium est spes trianguli que dicitur ylocheles Si vero omnes distantie punctorum sunt inequales est spes trianguli que dicitur gradat<sup>9</sup> siue schaben<sup>o</sup> sic sunt diversitate istorum terminorum in subiciendo et in predicando sunt tres figure syllogismorum licet alio modo quam in figuris iam dictis. Si enim medium in una propositione subicitur et in altera predicatur dicitur esse prima figura et merito quia tunc medium vere est medium quia sapit naturam utriusque extremi scilicet subiecti et predicati predicatur enim et subicitur ut dictum est Si vero medium in utraque propositione predicatur dicitur secunda figura quia licet medium non sit vere medium sapiens naturam subiectionis et predicationis tamen dignus est predicari quam subici ideo hec figura tenet secundum locum Si vero medium in utraque propositione subicitur dicitur tertia figura et ultima quia medium non stat in medio sed subicitur sicut quod est indignus Plures figure non possunt esse quia tres termini in duabus propositionibus non possunt pluries variari Tamen versus Sub preter prima bis preter secunda et tertia bis subicitur Qui sic constructus prima id est prima figura sub preter id est subicitur in maiori et predicatur in minori etc. Adodus autem ut hic sumitur est ordinatio duarum propositionum in certa quantitate et qualitate Et dicitur modus quia est quedam accidentalis determinatio ipsarum propositionum syllogismi

#### Capitulum quintum

Est tunc dicere de ipsis syllogismis ubi nota est ut super dictum est in hoc opere tractatur de syllogismo simpliciter scilicet de forma ipsius syllogismi